DE EXECUTIONE IMMEDIATA QUAM NOBILITAS IMMEDIATA IN TERRITORIIS STATUUM SIBI VINDICAT

ORATIO LEGALIS

HABITA

A

JOH. ULRICO CRAMERO,
J. V. ET PHIL. D. PROF. JUR. ORD.

CUM MAGISTRATUM ACADEMICUM DEPONERET

ET VIRO ILLUSTRI

DN. CHRISTIANO WOLFIO,

TRADERET

JUNCTA

DN. CHRISTIANI WOLFII ALLOCUTIONE AD AUDITORES.

M-RBURGI CATTORUM,
EX OFFICINA MULLERIANA, MDCCXXXIX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

378

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,
DOMINO
WILHELMO,
HASSIÆ LANDGRAVIO,
PRINCIPI HERSFELDIÆ,
COMITI CATTIMELIBOCI, DECIÆ,
ZIEGENHAINÆ, NIDDÆ, SCHAUMBURGI
ET HANOVIÆ,
&c. &c.
POTENTISSIMI SUECORUM
REGIS,
HASSIÆ LANDGRAVII,
IN TERRIS HEREDITARIIS
EXERCITUS EQUESTRIS FOEDERATI BELGII
GENERALI LOCUM TENENTI,
LEGIONIS PRÆTORIANÆ DESULTORIÆ
CHILIARCHÆ,
NEC NON
OPPIDI TRAJECTI MOSANI
SUPREMO PRÆFECTO BELLICO,
&c. &c.
PRINCIPI AC DOMINO
LONGE CLEMENTISSIMO.

379

Digitized by Google

PRINCEPS SERENISSIME,
DOMINE
CLEMENTISSIME.

Non eſt quod Principem magis ornet ac commendet, quam Juſtitia, Reipublicæ columen. Conciliat enim eidem proborum omnium amorem, cæteris incutit metum ac terrorem, ne perverſa voluntas in facta erumpat, exteris denique ac poſteris nomen venerandum reddit. Atque hæc Virtus inter reliquas quibus SERENITAS TUA eminet ſane ſummas, haud poſtremum ſibi vin-

380
Digitized by Google

icat locum. Ex quo enim Sereniſſimus ac Potentiſſimus Suecorum Rex, Haſſiæ Landgravius, Rex, Princeps ac Dominus noſter longe Clementisſimus, Tibi Imperii in Terris hereditariis,adminiſtrationem commiſit, & ex quo totus Comitatus Hanovienſis Tibi paret; nihil magis curæ cordique Tibi fuit, quam ut Juſtitiæ omni ex parte ſatisfieret. Enimvero Juſtitiæ Principis eſt, non modo tueri Jura privatorum, verum etiam ſua. Jura enim Principum publica ſunt, Succeſſoribus ac Civitati ſarta tectaque conſervanda. Quamobrem juſtum ſe probat, ſi ſibi advigilat. Eorum vero, quibus Jura publice profitendi & de iis reſpondendi a Principe data eſt poteſtas, officium eſt, Jura Principis pro virili illuſtrare ac defendere. Huic ut ſatisfacerem, mearum quoque partium eſſe duxi, ut data quacunque occaſione jura Serenitatis Tuæ in aprico collocarem & in controverſiam ab iis adducta, qui aliena ſibi ſumunt & arrogant, omni animi contentione aſſererem. Neque ullus dubito, Princeps Serenissime, quin Tibi probetur id, quod officium imperat. Non alia profecto ratio eſt, cur nuper

eum

cum à Pro-Rectoratu, quem per annum præteritum a Senatu Academico juxta Statuta per ſcrutinium electus & more majorum inauguratus geſſeram, diſcedenti & juſſu Regis Auguſtiſſimi in Collegam conjunctiſſimum transferenti publice dicendum eſſet, ſelegerim argumentum, quod huic ſcopo inſervit, & quæ dicta facile in auram abeunt, nec ad eorum, quorum intereſt notitiam pertingunt, ea publicæ luci exponere decreverim, ut legantur ab omnibus. In vulgus nimirum notum, Nobilitatem immediatam executionem in Territoriis Statuum hiſce non requiſitis ſibi vindicare. Nec ignotum, quod eadem in Comitatu Hanovienſi in ſpecie immediatam iſtiuſmodi attentaverit executionem. Quam vero Juribus Territorii adverſus ſit hic auſus, in Oratione mea graviſſimis argumentis me eviciſſe confido. Quæ cum jam in publicum prodeat, eam ad pedes SERENITATIS TUÆ humillima devotione deponere debui, volui. Non vana ſpe lactari animum meum certo perſuaſus ſum, fore ut pro ea quæ Tibi PRINCEPS CLEMENTISSIME eſt Clementia, Gratioſiſſimo vultu eandem reſpicias, meumque Jura Tua adſerendi

ardo-

Google

adorem Tibi commendatum habeas. Neque enim cura ulla me propius tangit, quam ut in muneris mihi concrediti partibus omnibus quantum datur adimplendis SERENITATI TUÆ, me probem paratiſſimum. In pia vota totus reſolvor. Servet Te Deus PRINCEPS SERENISSIME, Neſtoreis annis digniſſime, ut Tua vigilantia per totam Haſſiam ac Hanoviam vigeat ac floreat Juſtitia. Ita vovet

PRINCEPS SERENISSIME,
DOMINE
CLEMENTISSIME,
SERENITATIS TUÆ

Humillimus Cultor
JOH. ULR. CRAMER.

PROGRAMMA
INVITATORIUM
AD FUTURI PRO-RECTORIS
INAUGURATIONEM.

MIrari ſatis non queo, qui fieri potuerit, ut quidam unitatem Reipublicæ in Sacro Imperio Romano impugnaverint, efformarintque ex eodem cum JOH. LUDWIG. PRASCHIO Rempublicam Achaicam, cum PUFFENDORFIO, HUBERO, & TITIO ſyſtema fœderatorum, cum tamen jam GROTIUS (*a*) ex ARISTOTELE annotaverit, *accidere poſſe, ut plures civitates arctiſſimo inter ſe fœdere colligentur, & faciant σύϛημα quoddam, ut Strabo non uno loco loquitur, neque tamen ſingulæ deſinant ſtatum perfectæ civitatis retinere*, idemque de Belgarum provinciis uno æterno fœdere junctis in *Apologetico* abunde demonſtraverit. At vero quis negat Imperium noſtrum Germanicum in Actis publicis verbis diſertis unam vocari Rempublicam? Adi ſis *LONDORPIUM*, ſequentia ibi (*b*) deprehendes: Daß die Catholiſche im Reich neben den Evangeliſchen, dieſe neben jenen, als *Cives unius Reipublicæ*, und Glieder eines Leibs und Reichs / friedlich, einig und ſchiedlich mit einander zu leben und des lieben

A Vat=

(*a*) L. I. c. 3. §. 7. (*b*) Act. publ. T. 4. n. 143. 154 158.

382 Digitized by Google

Vatterlands Wohlfahrt einmüthig zuſammen und untereinander zu beobachten hätten. Eamus quoque in rem, adhibeamus notionem unitatis directricem, næ paucis unitatem Reipublicæ noſtræ evincemus manifeſtius, quam a KULPISIO in diffuſa tribus capitibus conſtante Diſſertatione adſcitis principiis precariis & minus genuinis præſtitum. Imperium noſtrum complexum plurium Rerum publicarum eſſe, nemo eſt qui neget, nemo qui neſciat. In ſingulis vero ſublime Jus Territorii ſeu Superioritas quæ dicitur Territorialis quid eſt quam Majeſtas? Dicta proin phraſeologia ex Jure feudali Longobardico deſumta dignitas regalis ſeu poteſtas, notante du FRESNE (*c*), & quidem GUNDLINGIO judice (*d*) haud male: cum eam Majeſtatem, qua olim Reges pollebant, jam Domini Regionum acquiſiverint, & quidem ab illo tempore, quo ſuppreſſa Imperatoris perſona, ut loquitur CONRADUS Urſpergenſis Germania Turbis quaſſata capite ſupremo deſtituta videbatur. Tunc enim ordines provinciarum neceſſitabantur, ut promiſſa Ducibus ſuis ſubjectione arctius cum iiſdem unirentur, ſicque contra injurias tutiores evaderent. Ita namque BERTHOLDUS (*e*): *nobiliores Terræ Duci hominium fecerunt, & fidelitatem per Sacramenta confirmarent*, quod antea ARNOLDO LUBECENSI (*f*) & HELMOLDO (*g*) teſtibus Imperatori factum. Quæ poteſtas Territorialis dein occaſione Juris hereditarii potiſſimum quo provinciæ tranſire cœpere, per ſpiramenta temporum poſt varios caſus & tot diſcrimina rerum ſub RUPERTO ad ἀκμὴν evecta (*h*) pactis Imperatorum ulterius firmata & quidem

(*c*) In Gloſſar. med. & infimæ Latinit. voc. poteſtas. (*d*) De Feud. Vexilli. §. 43. (*e*) Conſt. ad a. 1092. ſeqq.
(*f*) L. 3. c. 1. (*g*) L. 1. c. 87. n. 12. (*h*) Schilter in Comment. ad Jus Feud. Alem. c. 40. §. 4. Struvius in Hiſtor. Jur. c. 8. §. 28. p. 730.

dem recentiori ævo per Capitulationes & I. P. W. firmiſſime roborata eſt. Jam porro id velim attendatur. Majeſtatem hancce in ſingulis Germaniæ regionibus per inveſtituram ab Imperatore & Imperio dependere, ceu jam docuit GUNDLINGIUS (*i*), & luculenter elucet ex verbis ALPHONSI electi Romanorum Regis in literis inveſtituræ de Ducatu Lotharingiæ an. 1258. ſequentibus (*k*): *inveſtimus Te dictum Ducem & Comitem de quinque vexillis in ſignum ſ. dignitatum, quas in Feudum ab Imperio tenere debes*: nec non FRIDERICI II. quibus de Jure conducendi præcipit an. 1234. *ut nullus conductum alicui præbeat, niſi forte conductum a nobis & imperio Jure poſſideat feodali*, teſte ALBERICO ad h. a. Unde & CAROLUS IV. (*l*) fratri WENCESLAO quem Ducem creaverat Lucenburgicum injunxit: *Quod tu heredes & ſucceſſores tui Duces Lucenburgenſes Ducatum ſive Principatum. L. prædictum* cum omnibus ſuis pertinentiis *a nobis nec non Sereniſſimis Imperatoribus ſeu Regibus Romanis ſucceſſoribus noſtris & ab ipſo Romano Imperio quoties opportunum fuerit debito ſolennitatis honore cum vexillis, ut moris eſt & ſolita reverentia ſuſcipere debeatis.* Quorſum ſpectat, quando RUPERTUS Imperator filio ſuo LUDOVICO jus confert *a recipientibus feuda homagii fidelitatis, obedientiæ & devotionis debita juramenta noſtro & Sacri Imperii nomine & vice poſtulandi & recipiendi*, ſicut ex ipſo Vicariatus Diplomate conſtat (*m*). Atque hæc dependentia cauſa eſt, cur Superioritas Territorialis Majeſtas analoga, æmula, ſumma poteſtas reſpective dicatur. Quæ omnia ſi, ut doctis exploratum eſt, vera ſunt, quid ſequitur? Illud profecto ne-

 xum

(*i*) c. l. §. 39. (*k*) apud Leibnit. in Cod. Diplom. p. 1. §. 19. (*l*) apud Leibnit. l. c. p. 208. (*m*) apud eundem c. l. p. 263. & Tolnerum Cod. Diplom. Pallat. p. 144.

383
Digitized by Google

xum feudalem Majeſtatem in Imperio, non obſtante quod cum proceribus communicata ſit conſervare inſeparabilem. Quamvis enim proceres Imperii non amplius ut olim regalia jure officii nec nomine alieno ſed proprio exerceant, quoniam tamen eadem jure feudi tenent, ſeparatio facta non dicenda: nam quicquid jure feudi traditur, non ſeparatur. Quid jam porro inde conficitur? Cum Reſpublica per Majeſtatem in eſſe ſuo determinetur, ita ut ſine Majeſtate nulla ſit, unitas vero non ſit niſi inſeparabilis eorum per quæ eſſentia entis determinatur (§. 328. Ontol.); mens etiam non læva unitatem Reipublicæ in Imperio noſtro perſpicit. Quin imo ex dictis puto intelligi, principium unionis aliud non eſſe quam Majeſtatis Procerum Imperii dependentiam. Hanc quæſo tolle; plures habebis Reſpublicas. Non ergo unam: qualem tamen Acta publica loquuntur. Hinc neutiquam claudicat ſimilitudo, quæ inter corpus humanum & Imperium noſtrum inſtitui ſolet, velut in Reſcripto Cæſareo ad Epiſcopum Spirenſem A. 1720. Allermaſen auch nur ein erwehltes Reichs-Ober-Haupt und dieſes in einem lobwürdig ohnzertrennlichen Corpore, ſodann in zweyen Theilen und vielen Gliedern ꝛc. (*n*). Nam corpus humanum unum propter nexum partium dicitur (§. 145. *De Uſu Part.*), ſicut ob nexum feudalem quo Proceres Imperii Cæſari & Imperio & inter ſe juncti Imperium unum dicendum. Quid quod ſi recte rationes ſubduco meas, ſimile hoc unitatis neceſſitatem firmiſſime evincit. Dicam ſine involucro. Imperator caput hujus corporis vocatur intuitu jurium prærogativorum, ob quæ etiam gemeiner Herr appellatur, uti SIGISMUNDUS an. 1429. in literis ad Trevirenſem & Colonienſem

(*n*) Staats-Canzley T. 36. p. 596.

ſem Archiepiſcopum ſe ipſum cognominavit (o), der Oberſte Fürſt Receſſu I. de A. 1512. Ordnung der Notarien §. 4. Jam tolle unitatem Reipublicæ, ſubſtitue ſyſtema fœderarum; Jura iſta Imperatoris nec non Electorum & Principum prærogativa, quorum tamen ſummum ipſe Auguſtiſſimus Imperator ſe prædicat Protectorem in Reſcripto ad Commiſſar. Princ. Ratisbon. a. 1623. æque tolluntur, ac apud Belgas ceſſant, ubi e. gr. Provincia Hollandiæ ſua noluntate quod reliquæ omnes volunt impedire nequit, quemadmodum tamen Imperator noluntate ſua trium Collegiorum impedire poteſt placitum, quod propterea ante confirmationem Cæſaream tantum ein Reichs-Gutachten dicitur. Nonne hac ratione unitatis Reipublicæ in Imperio noſtro neceſſitas in ſole poſita? Nonne autem e contrario dependentia iſta poſita jura illa prærogativa conceptibilia ſunt? Obtinet itaque in Imperio noſtro, quod in Mundo obſervatur. Quoniam non modo ſimultanea verum etiam ſucceſſiva inter ſe connectuntur, nexusque ſucceſſivorum a nexu ſimultaneorum pendet, propter rerum omnium nexum mundus ens unum eſt (§. 60. *Coſmol.*). Sic idem rurſus utrobique unionis principium! Sed vero in genere expeditum eſt, quod ſi plures res coexiſterent a ſe invicem independentes, illæ ſimul ens unum minime conſtituerent. Atque adeo nec in ſpecie verum eſt, Imperium noſtrum Rempublicam unam permanſurum, etſi Procerum Majeſtas independens eſſet. Si jam quæſiveris, cum dependens Majeſtas independentem præſupponat, ubinam hæc ece? Repono eandem penes Imperatorem & Status ſimul eſſe. Prius vi artic. 8. §. gaudeant Inſtrum. Pac. extra dubitationis aleam mihi poſitum videtur, utpote qui diſponit, daß in allen des Römiſchen Reichs Sachen hinführo weiter

(o) apud Müller Reichs-Tags-Theatr. P. V. c. 13. p. 460.

Digitized by Google

nichts geſchehen oder jemahlen zugelaſſen werden ſolle, es ſeye denn von ſämtlichen Ständen auf einem freyen Reichs-Tag bewilligt. Poſterius inde collectu facile, quod etſi Imperator in rebus arduis quid velit, Status in Comitiis tamen idem impedire valeant, e contrario vero etſi tria Collegia quid concludant, tota Machina quieſcat, ſi Imperator nolit. Quod paritatis certiſſimum eſt argumentum: ubi enim melior eſt conditio prohibentis, ibi paria ſint jura neceſſe eſt. Quibus bene perpenſis, cum penes eum poteſtas legislatoria ſit, penes quem Majeſtas eſt, perſpicuum efficitur, penes Imperatorem & Status quoque ſimul poteſtatem legislatoriam in Imperio eſſe. Quo poſito planum eſt, nec alii in Imperio quam Imperatori & Statibus poteſtatem Judiciariam competere: quoniam utraque arcte cohæret. Certe poteſtas judiciaria penes eum eſt, qui Judicia conſtituit, quemve repræſentant. At vero a quo conſtitutum Judicium Cameræ? Nonne ab Imperatore & ſtatibus; Quem repræſentat? Nonne Imperatorem & ſtatus? Percipe quoad prius verba R. I. de A. 1541. §. 31. So wollen wir daß unſer Kayſerlich Cammer-Gericht, wie das durch uns und gemeine Stände an zween Reichs-Tägen aufgerichtet oder geordnet iſt, in Weſen bleibe &c. quoad poſterius R. I. noviſſ. §. 165. damit aber auch unſerm und des Heil. Reichs-Cammer-Gericht, als welches uns ſamt Chur-Fürſten und Stände des Reichs repræſentiret &c. Quare porro cum poteſtas judiciaria in effectu ſine executione nulla ſit; in proclivi eſt ſtatuere, neminem niſi Imperatorem & Status ſimul poteſtate exequendi in Imperio pollere. Nec quisquam negabit penes eum poteſtatem exequendi eſſe, qui ordinationem executionis præſcribendi jure pollet? Nonne vero hoc Imperatoris & ſtatuum ſimul eſt? Defectus modi exequendi utrique

Digitized by Google

que emendant: ita enim R. I. de A. 1654. §. 15. wegen des modi exequendi wieder die Säumige, weil der alte (per mandata arctiora; declarationem pœnæ &c.) viel zu langſam und unzulänglich, ſo haben wir uns ſamt Chur-Fürſten, und Ständen eines andern nachfolgender Geſtalt verglichen &c. Ergo etiam ab utriſque ſimul modus exequendi in Imperio dedeat neceſſe eſt. Unde ulterius ſequitur, ſi alii exequantur, eoſdem Cæſaris & Statuum commiſſione indigere; adeoque executionem per illos a Cæſare & Statibus ſimul factam dicendam eſſe. Sed cogitate ita res ſe habet, quod alii in Imperio exequantur. Quemadmodum nimirum Cæſari Imperium poteſtatem judiciariam exercendam reliquit, eumque ſupremum voluit eſſe judicem, quod munus Cæſar auguſtiſſimus primariis Coronæ Cæſareæ Cimeliis accenſet Reſcripto ad Princ. Commiſſ. Ratisb. a. 1721. (p); ita quoque Imperator & Status per Directores & Duces Circulorum repræſentari & executionem in Imperio exerceri voluere, niſi exequendus ſit mediatus, quo caſu Domino Territoriali executio reſervata. Ex qua cauſa VITRIARIUS (q) primam circulorum utilitatem judicavit univerſalem, ita ut ad omnia, quæ ordinem & executionem deſiderant, pertineat. Subeſt quoque cauſa cur hiſce potius quam Imperatori executio relicta fuerit, adeo gravis, ut quam maxime inconveniens videatur, quod Nobilitas immediata in Territorio alieno Domino Territoriali non requiſito ſibi vindicet executionem contra moroſos collectarum ærario Equeſtri ſolvendarum debitores. Atque ſic delati ſumus in campum, quem emetiri chartæ & temporis penuria vetat. Quoniam tamen de faſcibus Pro-Rectoralibus in annum nunc per Dei gratiam feliciſſime

(p) Staats-Cantzley T. 38. p. 505. (q) Jur. Publ. L. II. Tit. VI. §. 9.

Digitized by Google

ciſſime elapſum mihi demandatis ponendis iiſdemque ſucceſſori tradendis cogitandum, quo finis opus coronet, nec annus novus ſtatim ab auſpicio iners cenſeatur, Orationis Legalis ut ZASIUS vocabat, inde deſumſi argumentum, quod tempori eſſet accommodatum, quodque præter animi delectationem utilitate ſeſe commendaret. Paucis itaque inconvenientiam dictæ immediatæ quam Nobilitas immediata ſibi vindicat executionis evincere conabor. Qua propter nil reſtat, quam ut VOS MAGNIF. & EXCELLENTISS. ACADEMIÆ PROCERES ad novum PRO RECTOREM inaugurandum, ea qua per eſt obſervantia convocem. Omnes etiam litterarum Mecænates & Patronos omni humanitate invito, ut actui Inaugurationis intereſſe velint. CIVES denique ACADEMIÆ COMMILITONES SUAVISSIMOS, hortor, ut frequentes loco ſolito confluant, vota pro ACADEMIÆ ſalute perſolvant, ac præſentia ſua, cultus & obſequii documentum PRO-RECTORI futuro præbeant.

P. P. Marburgi Catt. Calend. Januarii cIↃ IↃCCXXXIX.
ſub Sigillo Academiæ Majori.

Digitized by Google

Adeo de autoritate Juris noſtra dependet autoritas! ſunt verba adamantina THEODOSII & VALENTINIANI in l. 4. C. de *Legib.* Tam certum enim eſt, quam quod certiſſimum A. A. O. O. H. Imperantis autorita- a Majeſtate unice pendere:

Aſſidet illa Jovi. Jovis eſt fidiſſima cuſtos,
Et præſtat ſine vi ſceptra tremenda Jovi (*a*).

Nulla vero eſt Majeſtas ſine honore & reverentia, nulla ſine pudore & metu (*b*). At nec honor nec re-

B veren-

(*a*) Propter Majeſtatem quoque ſicut ſolo Deo minor colitur Imperans; ita namque TERTULLIANUS ad SCAPULAM c. II. *colimus ergo & Imperatorem ſic, quomodo & nobis licet, & ipſi expedit, ut hominem a Deo ſecundum & quicquid eſt a Deo conſecutum & ſolo Deo minorem. Hoc & ipſe valet. Sic enim omnibus major eſt, dum ſolo Deo minor eſt.*

(*b*) Huc tendit fabula OVIDII lectiſſima, qua natales & conſortium Majeſtatis adumbrare aniſus eſt, canens:

Donec

386

Digitized by Google

verentia, nec pudor nec metus ſine Legum autoritate. Stat ergo firmum mimotumque manebit, ſine autoritate Juris Imperantis eſſe autoritatem nullam. Ecquæ diverſitas inter Legem & Imperantem? Id inter Gentes convenit, ait CICERO, *Imperantem eſſe Legem loquentem, Legem autem mutum Imperantem.* Atque hæc cauſa eſt, quare Principes, licet Legibus ſoluti ſint, attamen legibus vivant, quemadmodum ex Reſcripto DIVI SEVERI & ANTONINI Imperator refert, §. 8. *Inſt. Quibus mod. Teſtam. infirm. Nihil* namque *tam proprium Imperio eſt,* inquit ALEXANDER in l. 3. C. de Teſtam. *quam Legibus vivere.* Quid enim? dum Princeps Legibus vivit, eaſdem reveretur. Sed vero jam TIBERIUS, TACITO teſte, perſpexit, reverentiam Legibus acceſſu-

de Le-
n

Donec Honor *placidoque decens)*
Reverentia *cultu,*
Corpora legitimis impoſuere thoris.
Hinc ſata Majeſtas; *quæ Mundum temperat omnem,*
Quaque die partu eſt edita, magna fuit.

Ulterius:

Nec mora: conſedit medio ſublimis olympo,
Aurora purpureo conſpicienda ſinu.
Conſedere ſimul Pudor *&* Metus. *Omne videres*
Numen ad hanc cultus compoſuiſſe ſuos.
Protinus intravit mentes ſuſpectus honorum.
Fit pretium dignis. Nec ſibi quiſque placet.

ceſſuram, ſi & is quoque eas revereretur. Quid autem magis Imperio proprium, quam ſi ſubditi Leges revereantur? Eo ipſo ſe inferiores, Principem ſuperiorem agnoſcunt, ſicque dum Princeps Legibus vivit, contingit, quod in TRAIANO laudat PLINIVS: *hic uno modo creſcere poteſt, ſi ſe ipſe ſubmittit* (*c*). Et ita vero bene intelligitur, cur in Imperio noſtro Imperator cuſtos & conſervator Legum ſit conſtitutus (*d*), ipſeque hanc cuſtodiam ornamentis palmariis coronæ Cæſareæ ad-

 ſcri-

(*c*) Egregie hæcce confirmabant, quæ ad declarandam legem *Digna vox* 4. de *Leg.* in medium profert FERANDVS ADDVENSIS *Theſ. Jur. Rom.* T. II. f. 564.

(*d*) Id quod Status Evangelici A. 1576. uno ore confeſſi: E. K. M. als das Oberhaupt und Handhaber aller Ordnung und Geſetze, auch Beſchützer und Beſchirmer der Bedrängten, haben diesfals vollkommene Macht und Gewalt zu Verhütung groſſen Unraths und beſorgten Weiterung im H. Reich ihr Kayſerlich Amt zu interponiren. LEHMANN R. Handl. von Rel. Frieden P. I. p. 300. Nec minus Elector Palatinus reverenter agnovit, verbis: Ihro Churfürſtl. Durchl. verehrten die Röm. Kayſerl. Maj. allein pro ſupremo Imperii Judice Legumque cuſtode & executore. Staats-Cantzley T. 38. p. 238. Quo factum ut Imperator art. 2. *Capitulat. Noviſſ.* promiſerit: Wollen die güldene Bulle ‥ ‥ den Frieden in Religion- und Profan-Sachen, den Land-Frieden, ſamt der Handhabung deſſelben ‥ ‥ ſonderlich aber obgedachten Münſter- und Oßnabrückiſchen Friedens-Schluß ‥ ‥ und den Nürnbergiſchen Executions-Receſs, wie auch insonderheit alles dasjenige, was bey vorigen R. Tägen verabſchiedet, und geſchloſſen worden ‥ ‥ veſt und unverbrüchlich halten, und unter keinerley Vorwand ‥ ‥ daraus ſchreiten ſondern daſſelbe gebührend handhaben &c.

Digitized by Google

ſcribat (*e*). Certe nec ulla Cæſaris ſine autoritate Juris eſt autoritas. Atque hanc Juris autoritatem jam vobis A. A. O. O. H. in mentem revoco Magiſtratum Academicum depoſiturus. Ut eadem ſarta tectaque conſervaretur, mihi unice curæ cordique fuit. Non poſſum itaque adduci ut credam, quod intra Leges ſubſiſtens cuiquam ægre fecerim. Sit quod hic vel ille per me incommoda ſenſerit, nec mihi nec Legibus, ſed ſibimet ipſi eadem habet imputanda. Quapropter lætus munere hoc abeo:

Nam

- - - hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

Simulque Deo T. O. M. pro conceſſis viribus Gratiaque indulgentiſſima, qua mihi aſſiſtere omniaque vi muneris hujus a me geſta ad exoptatiſſimum finem ſine omni clade ac ſtrage dirigere dignatus fuit, debitas quam maximas perſolvo grates.

Ne tamen quid reliqui feciſſe videar, quod Inſtituta Majorum & inveterata Academiæ conſuetu-

(*e*) Indem ja dieſes alles nichts, als kundbahre effectus der ſupremæ poteſtatis jus dicendi & cuſtodiæ Legum publicarum ſind, die wir vor den Edelſten Stein Unſerer Kayſerlichen Krone - - - halten. Staats-Cantzley T. 33. p. 505.

ſuetudo legis dudum virtute gaudens exigunt, autoritas Juris de Officio Directorum & Ducum Circuli Juribusque Statuum communi Cæſaris ac Statuum conſenſu conſtitutis mihi ſermonis ad Vos A. antequam diſcedam habendi DE INCONVENIENTIA EXECUTIONIS QUAM NOBILITAS IMMEDIATA IN TERRITORIO ALIENO SIBI VINDICAT ſuppeditavit argumentum. En Vobis fundum Sermonis pulchrum omnino!

In quo excolendo itaque dum verſor, abſit ſtudio conquiſita vocum obſoletarum obſcuritas, abſint Rhetorum flores & verborum lenocinia. Dum ſimplex mihi dictio liberi animi ſenſa breviter explicat, auribus favete! Spero fore ut attentionem paret, benevolentiamque conciliet rei opportunæ dignitas: timorem vero tollat, addaque animum propria Vobis & ſpectata in audiendo ſemper lenitas.

Ut igitur propoſitum abſolvam A. A. O. O. H. mementote, quod Nobilitas immediata contra poſſeſſores prædiorum in Territoriis Statuum ſitorum ad Ærarium vero ſuum contribuentium ob moram in ſolvendis collectis commiſſam non requiſitis vel ad exequendum excitatis Dominis Territorialibus per Cæſareum militem executio-

nem nonnunquam ſuſcipere annila fuerit. Memen-tote graviſſimæ deſuper A. 1716. cum circuli Rhenani Superioris Directoribus & quibuſdam Statibus, in quorum Territoriis Cæſareus miles iſtiuſmodi debitores moroſos ad ſolutionem compelleret, agitatæ controverſiæ (*f*).

Huc igitur animum convertamus exploremusque, num immediata iſtiuſmodi executio auritati juris, quod Imperator conſtituit, & vi ſupremæ Legum cuſtodiæ conſervare omnibus viribus contendit, conveniens ſit nec ne?

Ante Pacem publicam *omnia per tumultum, ſine lege ſine ordine pro lubitu fiebant*, inquit Trithemius (*g*). Eadem adeo a Maximiliano I. publicata ordinatoque Judicio Cameræ ruinoſo noſtro Imperio Pacem & Juſtitiam tanquam duas columnas firmiſſimas ſubſtratas fuiſſe, res ipſa clamat, conſentiunt omnes (*h*). Quid vero ſine executione Pax? quid Juſtitia? Campanæ ſine piſtillis. In Vulgus notum

(*f*) Quæ violentia in Territoriis Statuum exercita, quæ jactatæ deſuper querelæ, quæ a circulo ſuperiori Rhenano, aſſiſtentibus Suevico & Franconico debita cum ſubmiſſione remonſtrata, ſi cui volupe ſcire, is adeat Electa Jur. Publ. T. X. p. 232, ſeqq.

(*g*) Chron. Hirſ. ad Ann. 1260. conf. Fragm. Hiſtor. Urſtiſ. T. II. p. 93. & Urb. IV. Epiſt. apud Leibnit. Prodr. Cod. G. Diplom. p. 13.

(*h*) Quam vacillaverit antea Imperium, Status ipſi agnovere apud

tum eſt dicterium, quod refert Hertius: ſtatuiren und nicht exequiren heiſſet nur die Leut vexiren. Quam languida vero ante tempora iſta executio! Quid quod! Lehmanno auctore (i) factorum interventu ſæpius a Cæſare fruſtra

Conſ. 101 n. 7.

apud Datt *Vol. Rer. Germ.* L. V. c. 7. p. 836. daß es umſonſt ſeye, des Reichs-Gerechtſame von auſſen zu beſorgen, und fremder Gefahr zur Hülffe zu eylen, ehe und bevor das Reich von jenen in Ruhe und Frieden geſtellet ſeye. Quo factum ut quod perfecit Maximilianus I. Fridericus IV. jam A. 1471. tentaverit quamvis fruſtra. Ita enim Nuntius Apoſtolicus Campanus L. VI. Epiſt. 21. jocoſe: *Pacem Germaniæ omnibus pronunciavit, nemini dedit.* Quantopere vero conſervatio Pacis publicæ Judicium ordinatum efflagitaverit, Electores in voto ſuo apud Mullerum im Reichs-Tags-Theatro ſub Friderico c. III. p. 23. uno ore confeſſi, verbis: Um den gemeinen Frieden, Gericht und Meinung iſt mit der Kayſerlichen Majeſtät zu reden, zum erſten ein ordentlich Gericht im Reich aufzurichten, alſo daß einem jeden, welches Standes Würden oder Weſens der war, Gerichts und Rechts endlich und aufrichtiglich geſtattet und verholffen und das treulich gefördert, und in keine Weiſe darwieder gethan werde. So das geſchicht, daß denn ein gemeiner Friede im Reich werde geordnet und geſetzt. Atque ſic tandem ordinato Judicio Cameræ Pacem & Juſtitiam reſtitutas fuiſſe vi conſtitutionis Handhabung des Friedens, Rechtens und der Ordnung zu Wormbs A. 1495. aufgericht, tam evidens, ut de eo ſanæ mentis dubitet nemo, vel cum ratione diſputet: maxime ſi ad præfationis ſequentia verba adverterit: daß der Kayſer ſich des Reichs, ſeiner und ſeines Sohnes Erblande wegen, mit den Ständen vereiniget und verpflicht, den gemelten Fried und Recht mit Ernſt zu handhaben, verhelffen und ſchaffen.

(i) In Chron. Spir. L. 7. c. 118. & c. 103. uſque ad III. Am Kayſerlichen Hof war die Hülffe theuer.

Digitized by Google

ſtra ſperabatur. Proin non mirum, quod Status communicato cum Imperatore Conſilio de modo exequendi arctiori cogitaverint. Enimvero executio vi compulſiva perficitur (*k*). Vis autem omnis, quæ bellis inteſtinis ac diſcordiis anſam præbet Pace reſtituta profligaretur. Ita autem vis ſeſe habebat, qua olim executio fiebat. Teſtor Hiſtoriarum monumenta, velut TRITHEMII Hiſtoriam belli Bavarici, qua conſtat A. 1504. adhuc ad executionem contra PHILIPPUM PALATINUM & RUPERTUM filium, Cæſarem Principes omnes & Cives una cum Miniſterialibus ad arma vocaſſe, tribus quatuorve Exercitibus eductis, munitionibus extructis. Nonne hæc vis, executio hæc inprimis adverſus potentiorem aliquem Statum facienda belli ſpeciem habebat? Nonne bellis inteſtinis, nonne graviſſimis plerumque diſcordiis anſam præbebat? Sponte cœcutiret profecto qui videre nollet, eo tempore præſertim, quo Cæſar milite mercenario deſtituebatur, vim aliter niſi per Principes ad diffidationes contra exequendum excitatos

. Frebe- n Tom. I.

theuer und die Execution langſam, oder ſectorum interventu wohl gar nicht zu erhalten, auch noch kein beſtändiges Cammer-Gericht angeordnet geweſen &c.

(*k*) Inde orta executio quæ realis dicitur Rec. Imp. 1654. §. 15. §. 159. & paſſ. contradiſtincta executioni judicis, quæ jubendo fieri dicitur in L. 15. §. 2. ff. de Re jud. vel ut hodie loquuntur mandatis executorialibus.

tatos exercere non poterat; ſumma imis in Imperio mixta fuiſſe. Et quamvis dein Bellum Huſſiticum militiæ mercenariæ occaſionem dederit (*l*), ex Hiſtoria rerum Germanicarum tamen liquet, poſt FRIDERICI II. tempora Imperium noſtrum pene in Anarchiam abiiſſe, nulla fere inter ſtatus ſuperſtite unione: qua ſtante Imperii diſſociatione paratum contra vim internam & externam ſubſidium non poterat non deficere. Donec tandem diviſione Imperii in Circulos arctior & ſubordinata particularis provinciarum unio obtenta (*m*), atque Circulis, præſertim Regimento Imperii ſublato ac deſtructo, Ordinatione

C

(*l*) Terminum militiæ mercenariæ tempus Belli Huſſitici eſſe, ex Actis Huſſiticis apud SCHILTERUM Inſtit. I. P. T. II. p. 3. haud obſcure colligitur. Inprimis autem ZISKÆ, Rectoris illius rerum publicarum laborioſi, uti in Epitaphio, quod Gregorius Avunculus poſuit, prædicatur, felices contra Germanos progreſſus eidem occaſionem dedere. Quem in finem quoque communis denarius in Comitiis Norimbergæ A. 1431. habitis Statibus placuit, ſicut extat Anſchlag auf allgemeine Stände des Reichs zu Nürnberg zu Hülf wider die Böhmen gemacht, in Actis Brunſuic. P. II. f. 1019. & ap. DATT. L. I. c. 23. 24 25.

(*m*) Hujus unionis obtinendæ gratia diviſionem Imperii in circulos alio fine propter Regimentum Imperii conſtituendum nempe introductam, retentam fuiſſe, acute pro more perſpexit Illuſtris Dn. KOPP, in Tr. exaſciato von der Aſſociation derer vordern Reichs-Crayſſe P. I. §. V. lit. m.

Digitized by Google

tione Executionis (*n*) *deliberatio*, ut loquitur THVANVS, *de ordinanda re bellica auxiliisque manu armata expediendis libere relicta*, eoque factum, ut, quemadmodum STRAVCHIVS ait, *contra immorigeros Status Principi cujusque Circuli proximo executio*, vel quæ ſunt verba THVANI c. l. Circulis deliberatio de Executionis modo mandata fuerit. Quibus rite perpenſis, facile jam ad intelligendum eſt, generaliter in omnibus caſibus Circulis quemadmodum antea Regimento Imperii executionem contra immediatos eſſe commiſſam. Imo executio generalis per Circulos facienda vel ſola prioribus ſex quatuor reliquos adjici efflagitaſſe mihi videtur (*o*).

Sed & Vos A. A. O. O. H. quibus in adyta veri-

(*n*) Ceſſavit Regimentum hoc A. 1531. prout ex Reform. Cameræ Spiræ de A. 1531. §. 50. dieweil das Regiment gefallen, luculenter pateſcit. Cauſas HYPOLYTVS à LAPIDE de Ratione Status P. II. c. IV. adducit: conferri tamen merentur RECHENBERG de Regimento Imperii §. XXXIII. & ſeqq. MÜLLER im Teutſch. Nation R. T. Staat. DATT L. I. c. 27. L. III. c. 12. Eo vero ſublato poteſtatem Circulorum extenſam ipſisque præſertim poteſtatem exequendi in Imperio, quæ antea illius erat juxta STRUV. S. J. P. c. XII. p. 17. ſeq. ordinatione Executionis libere relictam fuiſſe, latius erudite deduxit modo laudatus Dn. KOPP c. l. §. VII.

(*o*) JCtorum Germaniæ corruptiſſima dogmata ſunt, inquit Per-Illuſtris Dn. de LUDWIG Opuſc. XV. T. II. f. 617. lit. g. de Patriæ Circulorum, quod noſtri Juris verbum, inſtitutione. Ex profecto ſunt anili vix lucubratione

veritatis penetrare amor eſt, ipſarum Legum Imperii folia ſibyllinis veriora revolvatis enixe rogaverim. Verba Ordinationis Cameralis generalia ſunt: Daß alle Executiones beydes Friedens und Rechtens und aller Reichs-Ordnungen durch die Creyſſe geſchehen ſollen. Nec minus generaliter diſponit CAROLVS V. in Pace publica de A. 1522. Demnach ſo haben Wir jetzt ſamt Unſerm Regiment ſolchen Weg zu thätlicher Vollziehung gemeiner Recht/ Landfriedens/ auch aller Reichs-Ordnungen/ ſo jetzo gemacht ſind und hinführo aufgerichtet werden/ desgleichen zu anderer thätlichen Execution der geſprochenen Urtheil durch ſolche zehen des Reichs Creyſſe gleichermaſen zu geſchehen fürgenommen. Percipite quoque Receſſum Imperii de A. 1654. §. 86. So oft auch der Richter jemand an die Straſe erkennet/ ſoll/ wann die Bezahlung in Termino nicht erfolget/ auf bloſſes Anruſen die Executio cum declaratione pœnæ dupli erkennet/ und des Orts Obrigkeit/ oder da es jemanden/ ſo dem Reich

C 2 ohne

ne dignæ fabellæ, quamvis magnæ auctoritatis pluribus habeantur, neque naris obeſæ viris. b. GUNDLINGIUS propterea ſingulari induſtria in originem eorum inquiſivit, Gundlingian. P. VI. Obſ. I. Ego vero de eadem, quod res ſeu ipſum Circulorum inſtitutum cogit, ita ſentio, quemadmodum in Textu continetur.

Digitized by Google

ohne Mittel unterworffen / betrift / den außſchreibenden Fürſten ſelbiges Creyſſes aufgetragen werden. Quæ verba ob id quoque notatu quam maxime digna, quod modum exequendi mediatos ſimul contineant. Quo etiam collineat Receſſ. Imperii de A. 1654. §. 160. Es ſoll die Execution ſowol auf den Pœn-Fall als in der Haupt-Sache ſeiner Obrigkeit (in caſu ſcil. ſi exequendus ſit mediatus) oder des Creyſſes / in dem er geſeſſen oder begütert / außſchreibenden Fürſten anbefohlen werden.

Qui ergo mirum, quod, cum ſub RUDOLPHO II. A. 1609. contra civitatem Imperialem Donawerthenſem in Circulo Suevico ſitam MAXIMILIANO Bavariæ Duci executio delata fuerit, jura ſua infringi conqueſtus fuerit Circulus Suevicus? *aliis*, ſunt verba PFANNERI, *jura Suevici Circuli nequicquam proteſtantibus argumento Legum Imperii, quibus illicitum exiſtimabatur quamcunque in Proceres, urbeſve executionem, niſi in caſibus exceptis rarioribus alterius Regionis Principi committi* (p). Veroque valde

Hiſt. Weſt. L. I. VIII. p.

(p) Scripti quo tunc temporis Circulus Suevicus jura ſua defendit rubrum eſt: Beſtändige informatio facti & Juris, wie es mit denen am Kayſerlichen Hofe wider die H. R. Reich-Stadt Donawährt außgegangenen Proceſſen und darauf vorgenommenen Execution eigentlich und im Grunde der Warheit beſchaffen ſey, Autori-

de ſimile eſt, hanc cauſam non ſolum cum A. 1612. MATTHIAS eligeretur Electores permoviſſe, ut monerent Ordinationis de exequendo hactenus ſæpius neglectæ in Capitulatione quoque non minus ac reliquarum Conſtitutionum Imperialium publicarum expreſſam injiciendam eſſe mentionem, verum etiam admonitione hac rejecta LEOPOLDO & JOSEPHO clauſulam adjecerint, ne ſcilicet directo vel per indirectum contra dictam Ordinationem quid committatur. Quæ res denique effecit, ut cum dein adhuc ſæpius Ordinatio illa flocci parvique haberetur, in Capitulatione noviſſima Imperator eandem ſanctiſſime obſervare, ipſamque executionem in poſterum in omnibus caſibus Circulis relinquere promiſerit. Quod enim verba: Es ſoll die Execution ſowol in dieſen als andern Fällen anders nicht/ als nach Inhalt der Executions-Ordnung/ durch den Creyß/ darinnen der Richter geſeſſen und angehörig fürgenommen

und

auctoribus SEBASTIANO FABRO Pro-Cancellario Würtenbergico & LUDOVICO MÜLLERO Cancellario Würtebergico & LUDOVICO MÜLLERO Cancellario Oettingenſi, oppoſita WILHELMI JOCHERI JCti & Conſiliarii Bavarici Donnawärthiſcher Relation, qui defendere auſus, Imperatoris arbitrio relictum eſſe, num Circuli Duci aut alii cuivis executionem demandare velit.

Digitized by Google

und vollzogen werden/ generaliter de omnibus caſibus, in quibus executio decernenda intelligi debeant, non ſolum controverſia anterior evidentiſſime docet, quæ huic clauſulæ ſimul anſam dedit, & de Jure exequendi Circuli Directoribus in omnibus caſibus contra immediatos Dominis Territorialibus contra mediatos aſſerto agitata, ſed etiam eæ, quæ ortæ, dum LEOPOLDUS Imp. pronunciata Sententia in cauſa ſucceſſionis Feudalis Megapolitanæ Güſtrovienſis controverſæ Suerinenſem inter & Strelizenſes Duces, Ducem Suerinenſem per Comitem ab ECK Commiſſarium Cæſareum in poſſeſſionem exequendo mitteret, Saxoniæ inferioris Circuli Ducibus factis & Scriptis ſibi unice Jus exequendi competere aſſerentibus (q), ut

(q) Scriptum pro Cæſare primarium Diſſertatio eſt, de *officio Directorum & Ducum Circularium in Executione ſententiarum* auctore JACOBO BERNHARDO MULZIO A. 1697. Latine & germanice in 4. edita & A. 1698. Latine recuſa. Cui oppoſuere CHRISTIANUS THOMASIUS *Theſes Juriſpublici de officio Directorum & Ducum Circularium in Executione ſententiarum Halæ* 1697. SAMUEL STRYKIUS Diatriben *de Jure exequendi ſententias Imperiales Directoribus Circulorum competente Anno* 1698. Latine & vernacula eodem anno. b. de COCCEIUS gründliche Behauptung des Reichs und der Krayſe Gerechtigkeit, die Vollziehung der Urtheil betreffend, entgegen einer außgegangenen Diſſertation von der Krays außſchreibenden

ut & cum Moguntinus Elector permiſſu Leopoldi A. 1663. executionem in Erffurtenſem Civitatem ſuſciperet Circulo Saxonico ſuperiori renitente (r). Ejuſmodi litigiis, quo minus in poſterum eſſet locus, Capitulatione noviſſima obex poſitus.

Nec erravero, ſi adſtruxerim, verbis ejus generalibus omnes caſus in quibus Executio in Imperio ſuſcipienda comprehendentibus, Auguſtiſſimum Carolum VI. permotum, ut executionem, quam adverſus refractarios quoſdam Principatus Friſiæ Orientalis Ordines Civitatemque Embdanam A. 1727. decreverat & Saxoniæ Electori ac Duci Guelferbytano demandaverat, quod ad immortalitatem Nominis Imperatoris maximi ſpectat, mutatis Conſiliis Circuli Weſtphalici Directoribus commiſerit, illuſtrique hoc exemplo declaraverit, quod autorita-

---

benden Fürſten und Obriſten Amt bey Vollziehung der Urthel 1698. Quæ Scripta pro Cæſare iterum excepere; *Examen Scripti de Jure exequendi* 1698. 4. eodem M[illegible] 1210 autore, zwey Schreiben eines Freunds an einen Freund in der Mecklinburg-Güſtrauiſchen Succeſſions-Sache.

(r) Proteſtationem Circuli reperies apud Londorpium T. VIII. p. 935. Huc quoque pertinent I. Indiculus Actorum in cauſa Banni contra Erfurtenſes: II. Indiculus Literarum Regiarum electoralium aliarumque de Executione Banni Erfurtenſis. III. Indiculus rationum contra executionem Banni Erfurtenſis.

Digitized by Google

ritatem Legum Imperii fundamentalium curæ cordique habeat. Quæ eo adfero, ut conſtet, nec per Commiſſarios Cæſareos executionem in Imperio peragi poſſe.

In promtu vero eſt aliud adhuc argumentum, quod vel invitiſſimo aſſenſum exprimat, Commiſſionum nempe Auſtregalium, auf die Auſträge. Auſtregis enim, licet Commiſſarii Cæſarei ſint, æque minus ac Reviſoribus, qui etiam tales ſunt, executionem competere contra Schvbartvm in peculiari Diſſertatione ad oculum demonſtravit b. de Cocceivs. Jam calculos noſtros A. A. ſequentem in modum ducamus: Si Imperator nec per ſe, nec per Commiſſarios executionem in Imperio perficere poteſt, inexorabilis eſt conſequentia, nec Nobilitati Immediatæ eandem permitti poſſe. Sic colligere ſana jubet ratio, & qui in rem præſentem venient ſuffragia dabunt.

Atque ita poſſet perorata videri cauſa. Sed cogitanti ſerio componere motos fluctus lubet adhuc in memoriam revocare, quam ſollicite & operoſe, quam incredibili cura ac providentia tandem inter Imperatorem & Status de certo exequendi ordine convenerit, & quot Comitiorum ac deliberationum difficultatibus ea res ipſis

con-

conſtiterit, antequam ſtatuere potuerint talem, qui & Imperio Statibusque conduceret, & eorum dignitati conveniret, ut ipſi Status loquuntur in Receſſu Imperii Auguſtano 1510. §. 11. (s). Quis crederet in re tanti momenti uti eſt executio, de ea quam Imperator vel per ſe vel per Commiſſarios procurare poſſet, ne verbulo injectam fuiſſe mentionem? Quid ergo? cum inter Status & Imperatorem publice convenerit von einer ſolchen Ordnung zu handlen/ die Uns (dem Kayſer) und dem Heil. Römiſchen Reich auch den Ständen ehrlich nützlich und ihnen zu erheben und zu tragen müglich &c. deinde vero eam ſolam exequendi in ſe legem, quæ habetur in Ordinatione Executionis Circulisque quoad immediatos Dominis Territorialibus quoad mediatos executio-

D

(s) Cui volupe ſcire quanta ſolicitudine Ordinatio Executionis ſub FERDINANDO I. excogitata, quantave cura de eadem emendanda per integrum Seculum XVI. tam in univerſalibus Imperii quam Circulorum conventibus & adhuc poſt Pacem Weſtphalicam inque Comitiis præſentibus ab A. 1663. durantibus laboratum fuerit, adeo ut A. 1673. nova atque emendata quamvis vim Legis nondum adepta comparuerit ordinatio, is adeat velim Illuſtrem Dn. KOPPIUM in Opere egregio ſupra laudato, utpote quo tam completam Ordinationis hujus tradit hiſtoriam pragmaticam, ut Tractatus iſte Autore ſuo longe celeberrimo digniſſimus, non ſolum continuatio DATTI dici mereatur, ſed & Commentarii loco in dictam Ordinationem quam optime inſervire poſſit.

394 Digitized by Google

cutionem tribuit, ſanciverint: quin ea ſola dem Heil. Römiſchen Reich und den Ständen ehrlich und nützlich und ihnen zu erheben und zu tragen mügentlich ipſis viſa fuerit, nemini erit dubium rationis dicto quisquis audiens. Sique vera audire juvat, & vera eloqui ſine invidia licet, idem Receſſus fontem rationum recludit, cur executio Majeſtati Cæſareæ relicta non fuerit: ſiquidem eodem inconveniens declaratum, ſi ipſamet executionem perageret: cum *moribus noſtris*, ut
rc.46. 18. SCHILTER ait, *actus executivus minus nobilis ſit, quam dijudicatio cauſæ & latio ſententiæ: ad hanc enim requiritur ſtudium & doctrina: ad illum vero tantum opera miniſterialis: executor enim eſt cauſa inſtrumentalis, qui ſententiam tulit principalis. Imo quo eminentior judex eſt*, inquit STRYCK c. l. *eo minus uſu Germaniæ ſe executionibus immiſcere ſolet, quapropter nihil frequentius, quam quod cauſa per appellationem ad ſuperius judicium devoluta & ibi confirmata, executioni tamen ſe non immiſceat judicium ſuperius, ſed proprio motu cauſam remittat ad inferiorem, ut hic ſententiam exequatur.* At vero & invidiæ a Supremo capite avertendæ (*t*) pleniſſi-

(*t*) Id jam obſervavit XENOPHON in *Hieron*. p. m. 915. lit. E. præmittitque *alias curationes publicas in odium adducere, alias magn*

niſſimum pronunciatum, ſi vel ipſe Imperator exequeretur, vel executores eligeret, ſicut in Executione Erffurtenſi injuſtum viſum, ejuſdem arbitrio aut iratæ menti executionem relinquere, qui in eadem cauſa Actoris habuerat partes. Nec minus Statuum libertati (*u*), ad quam Circulorum inſtitutum, notante STRAVCHIO c. l. convenientiſſimum viſum, juribusque Territorii periculoſiſſimum judicatum, aliud quam COMMVNE AVXILIVM contra ſe, alias quam communes copias in Territoriis ſuis admittere, earundemque violentiæ expoſitum eſſe. Quamobrem contra Duces Circulorum quoque cautum, ne quam Juriſdictionem in præjudicium Superioritatis Territorialis ſibi caperent. Poſtremo onceroſum non minus judicatum Imperio, ſi aliis executio committi poſ-

 ſet

gna cum gratia conjunctas eſſe Quamobrem, poſt pauca pergit, *aio equidem id, quod neceſſitas requirit, debere illum, qui cum Imperio eſt, aliis puniendum mandare, prœmia vero per ſe ipſum largiri.* Unde ſuam mutuavit philoſophiam AMELOTTUS, inquiens: Le Prince, qui veut regner heureuſement, a beſoin de tenir la clef de toutes les graces, & de laiſſer faire a ſes miniſtres toutes les actions de rigueur & de vangeance.

(*u*) Ob hanc quoque olim Regimento Imperii executio commiſſa fuit. Quæ ratio, cur HIPPOLITUS a LAPIDE c. l. propter ejus deſtructionem ſuccenſeat fatali vel fatuæ Ordinum ſocordiæ, ea quæ libertati, rei inæſtimabili tuendæ inventa ſunt, vilipendentium, & labores ſumtusque pro Patria ſubire detrectantium.

Digitized by Google

ſet quam Circulis, die am nächſten geſeſſen / oder gelegen ſind / den nächſt angräntzenden Crayſen / des nächſt geſeſſenen Crayſes Obriſten / den Für-ſten des benachbarten Crayſes / idque ob id, quoniam alias totum Imperium ſaltem maxima ejus pars tranſitu militari apparatuque bellico gravari potuiſſet, cum e contrario executione Circulorum ea pars tantum inquietetur, qua neceſſitas legem quietis publicæ conſervari non permittit.

Quæ omnia ſi in ſummam colligatis A. A. quam longe Executio illa, quam Nobilitas immediata ſibi vindicat, a rationibus Ordinationis Executionis abhorreat, manibus palpabitis. Vos, quibus re quam oratione convinci gratius, de eo ſaltem interrogavero, annon convenientius ſit, cum miles Cæſareus vi ordinationes arceatur, & communis demum in ſubſidium adhibeatur, ut proprius quando ſufficit, vim in Territoriis Statuum exerceat. Aliis idcirco dijudicandum relinquo, jure ne an injuria Circuli Rhenani Superioris Directores & Status in quorum Territoriis Cæſareus miles hujuſmodi executiones ſuſceperat, ad Ordinationem Imperii aliasque eidem ſuperſtructas Imperii Leges provocaverint. Judicent quoque, num conveniat in propria cauſa executionem

nem habere. Noto enim notius Romanos taxari, quod olim creditori jus exequendi debitorem ſuum, eumque, ſi non ſolveret, in vincula & ſervitutem conjiciendi dederint (v), atque ſic in regulam impegerint, quod executores admittendi non ſint, contra quos, quod facile migraturi ſint executionis limites, militat ſuſpicio. Quæ res uti variis præbuit tumultibus occaſionem, ita quoque deinde, referente LIVIO, effecit, ut modus ille exequendi

 tem-

(v) Quantopere apud Romanos ante Jus XII. Tabb. Creditores in exequendis debitoribus ſuis ſævierint, vel inde patet, quod in Tab. III. ſequens tantum modus præſcriptus fuerit: *ſecum Ducito, vincito aut nervo aut compedibus XV. Pondo ne majore: At ſi volet, minore vincito.* Equidem dura adeo Lex iſta non fuit, qualis FAVORINO & CÆCILIO nec non QVINTILIANO & GELLIO viſa, quaſi nempe vi ejuſdem debitoris judicati corpus in partes dividere creditoribus licuiſſet: cum Illuſtr. BYNCKERSHOECKIVS Obſerv. T. II. L. I. genuinum verbi *ſecare* ſenſum eruerit, qui vero illos a tempore XII. Tabb. longe remotos non obſtantibus iis quæ Illuſtris Dn. OTTO Præf. ad T. III. Th. I. R. f. 40. ſeq. pro ipſis in medium affert, latebat, quo etiam GUNDLINGIUS *Gundlingian.* P. I. Obſ. V. permotus, ut Autorem Tractatus *de l'incertitude des Sciences* Tabulam iſtam crudelitatis arguentem perſtringeret: imo mitior adhuc Lex dicta evadit, ſi *pæna capitis* in eadem per jacturam libertatis cum b. HOFMANNO p. 180. *Hiſtor. Jur.* explicetur: nihilominus tamen ſevera & regulis Prudentiæ Civilis minus accommodata manet, quemadmodum cuivis patebit, qui Conſultiſſimum Dn. Wolfg. Paul. Burgermeiſterum de Deyziſau ad dictam Tab. III. egregie commentatum im Verſuch einer leichten und deutlichen Anleitung zu einer gründlichen Gelahrheit p. 404. ſeqq. evolverit.

Digitized by Google

temperaretur (*w*). Nonne vero Germani eandem incurrerent reprehenſionem, ſi Nobilitati Immediatæ idem jus debitores ſuos exequendi indulgerent? Nonne itidem ſi jure ſuo abuteretur, quod facile fieri poſſet, varii metuendi eſſent tumultus? Num vero turbæ & ſecuritas publica juxta ſe invicem ſubſiſtunt? Ita ne finis Ordinationis Executionis intervertitur, qui eſt darmit des Reichs Stände und Unterthanen ſich ſoviel gewiſſerer Sicherheit zu getröſten / und des Heil. Reichs Land-Fried in mehr fürträgliche Würcklichkeit geſtellet werde / R. I. de A. 1555. §. und damit. Judicent alii, an non fini huic executio communis convenientior ſit, quæ ipſi Imperatori pacto publico cum Statibus inito placuit, ceu indicant verba R. I. de A. 1548. §. 37. ſequentia: Wir haben Uns mit denen Churfürſten Fürſten und Ständen einer gemeinen würcklichen Execution einmüthiglich verglichen und entſchloſſen auch bewilliget und zugeſaget. Hæc ſane convenit Libertati Statuum, a qua ultimo dependet unitas Reipublicæ noſtræ, cui inſtitutum Circulorum ſuperſtructum, & ob quam

(*w*) Hiſtoriam mutationum, quæ circa jus debitores obæratos exequendi contigere, latius expoſuit Illuſtr. Dn. Otto in Comment ad Inſtit. L. IV. c. VI. §. XL.

quam communia Imperii Tribunalia conſtituta, atque ſic in communi Juſtitia adminiſtratur. Quid ergo convenientius, quam ſi executio æque communis?

Abſit vero A. A. iterumque aio abſit, ut Sermone hoc in Cæſaream Majeſtatem injurius ſim. Paternum Domus Auſtriacæ Imperium meo tenui quidem judicio extendi mavis, quam reſtringi mereretur. At prout clara Pactorum publicorum jacent verba, ita de arctiori in Imperio exequendi modo eloquendum. Pactis Imperatores, Reges ac Principes æque ac privati conſtringuntur. Sique ab iis recederemus, ecquæ noſtri Imperii, quod Pactis ſtat, eſſet facies? Atat quoniam neceſſitas Circulis eorumque officialibus Majoribus nec non Dominis territorialibus executionem demandandi a Pactis provenit, Majeſtati Cæſareæ nihil detrahitur. Ita enim & nomine ipſius exequuntur, nec in plurimis cauſis exequi poſſunt, niſi ad mandatum ipſius ſeu ſummorum Imperii Tribunalium, quæ vero etiam ex auctoritate Cæſarea agunt. Hac ratione poteſtas Circulorum Dominorumque Territorialium delegata eſt. Et quamvis etiam jure proprio certo reſpectu gaudeant, utpote Lege ſeu conventione publica quæſito, nil aliud tamen

Digitized by Google

men hic obtinet, quam quod apud Romanos in Legato Pro-Conſulis juris explorati erat: quippe qui ſimiliter aliquid proprii habebat & non habebat. *Non habebat* PERRENONIVS inquit, *antequam Pro-Conſul mandaſſet: habebat cum provinciam ingreſſus ei mandaretur Juriſdictio* (x), quod lege fuerit obſtrictus Pro-Conſul ad Juriſdictionem mandandam, iſtamque adimere nequiverit. Et quemadmodum Pro-Conſulis poteſtas per illam Legati in exercitio officii ipſius operam adjutricem minime diminuta, quin potius pleniſſima nihilominus permanſerit, ut qui Lictoribus atque Sex interdum quinque faſcibus ſecuribusque inſtructus merum mixtumque Imperium exercebat, adeo ut diſceptetur, an ei nonnunquam duodecim faſces prælati ſint, (de quo SPANHEMIVS pluribus egit) imo ipſi Imperatores DODWELLO notante Pro-Conſulis nomen non reſpuerint; ita nec Majeſtati Cæſareæ perpetua illa Commiſſione qua Circuli & Domini Territoriales executionem peragunt quid detrahitur. Sit ita quod major

Animadv. . 26.

de Uſ. & P. Numiſ. Diſſert. XII. p. 14. 151. *Prælect. IX. §. II. p.* 344.

(x) Hac diſtinctione adhibita, neſcio quare non conciliari poſſit ἀντινομία, quæ Illuſtri HEINECCIO ad ff. de Off. Proc. §. CCXV. in not. videtur manifeſta. Sane apud Legatum Pro Conſulis ante manumitti non poterat, quam Juriſdictionem habebat. Eam vero

major videatur poteſtas, ſi in arbitrio Imperatoris eſſet, utrum ipſemet immediate executionem ſuſcipere, an vero alii illam perficiendam committere velit. Profecto apparet tantum major. Quæ enim major poteſtas, quam quæ in eos ipſos exerceri poteſt, qui Majeſtate pollent, præ-

E poten-

ro ingreſſus in provinciam demum ex mandato Pro-Conſulis accipiebat; ſicque tunc demum coram ipſo manumitti poterat. E contrario Pro-Conſul urbem egreſſus nondumque provinciam ingreſſus juriſdictione etſi voluntaria jam pollebat, atque adeo habilis erat, ut coram ipſo manumitteretur. Suffragantur quoque conciliationi huic Haloandri aliique Codices, in quibus ita legitur: *apud Pro-Conſulem, poſtquam urbem egreſſus eſt, vindicta manumittere poſſumus. Sed & apud Legatum ejus poſſumus manumittere, ex quo provinciam ingreſſus eſt.* Nec fortius urgeri, ut putat Noodt de *Juriſd.* & *Imp.* L. II. c. VII. ſequentia Marciani & Ulpiani verba in l. 2 §. 1. & l. 3. ff. de *Officio Pro-Conſ. & Legat. Omnino non eſt apud eum Legis actio*, & *non habet Juriſdictionem talem.* Quoad priora enim notum, nonnunquam in Legibus *omnino non* pro *non omnino* poſitum eſſe, quemadmodum luculentum in l. 8. §. 7. ff. de *Fidejuſſor.* habemus exemplum, quod latius excuſſerunt Hilliger *in Donell.* L. 15. c 48. Lit. I. & *Hering* de *Fidejuſſor* c. 5. n. 84. & n. 97. ſeqq. Quoad poſteriora ratio, quam continent, ita explicanda, ne petatur principium. Eandem Marcianus allegavit probaturus, cur Legatus non æque ac Pro-Conſul urbem modo egreſſus, in ſpecie manumittere queat, nec in genere Juriſdictionem voluntariam habeat, quam de hoc in antecedentibus prædicavit. Hinc ſine petitione principii, *Juriſdictio talis* de voluntaria explicari nequit, cum alias inde intelligi nequeat, cur Pro-Conſul provinciam nondum ingreſſus Juriſdictionem voluntariam habeat, Legatus vero non

Id,

Digitized by Google

potentes Imperii Proceres? Talem vero fundat libertas illa Statuum, cui convenit executio Circulis contra immediatos Dominis Territorialibus contra mediatos unice competens.

Quo ipſo patet executionem immediatam ab altera parte Cæſari rurſus demere, quod ab una eidem addit, Statuumque libertati penitus adverſari, ſicque Studium Nobilitatis Immediatæ ad ea pertinere, quæ juxta monitum MAURITII Haſſiæ Landgravii Imperio ruinam procurant (y). Danda Cæſari quæ Cæſaris, Statibus

Id ergo vult MARCIANUS, aſſerens Legatum Pro-Conſulis talem Juriſdictionem non habere ac Pro-Conſulem, quod Pro-Conſul urbem egreſſus ſtatim Juriſdictionem habeat, talem vero ad diſtinctionem nondum habeat Legatus urbem tantum egreſſus, ſed demum nanciſcatur provinciam ingreſſus. Etſi vero talis Juriſdictio de voluntaria explicetur, ἀντινομία tamen minime ſubſiſtit: illam enim MARCIANUS Pro-Conſuli provinciam nondum ingreſſo tribuit, negat vero de Legato ejus provinciam nondum ingreſſo, quem cum illo in hoc ingreſſus in provinciam tertio comparat. Provinciam ingreſſo itaque Juriſdictionem voluntariam non denegat, quæ ipſi utique competebat, quamvis non omnino: quo ipſo adeo PAULO in l. 17. ff. de *manum. vind.* non contradicit.

(y) *Tria*, inquit Princeps ſui ſeculi & eruditione & æquanimitate maximus, *ſtudia Imperii ruinam procurare, primum eorum, qui caput Imperii noſtrum abſolutum, non limitatum exoptant: ſecundum eorum, qui libertatem ſtatuum deprimunt, ut ſervire, quam obedire malint: tertium eorum, qui dictam*

tibus quæ Statuum ſunt: quod melius fieri nequit, quam ſi Imperatori ſuprema, Directoribus Circulorum vero Dominisque territorialibus ſubordinata exequendi tribuitur poteſtas: ex quo capite etiam Imperator in ipſis Legibus Imperii, Dux Circulorum generalis adpellatur, aller Krayſe General-Obriſter (z).

E 2 Hæc-

dictam ſtatuum libertatem ita extendunt, ut Legibus quibuslibet Imperii ſoluti, quam ligati apparere malint. PACIF. a LAPIDE not. ad Monzamb. p. 562. Quod dictum marmore dignum penitius enucleavit Celeberr. Dn. TREUER in Diſſert. de Studiis Imperii Rom. Germ. Ruinam procurantibus, ubi quoque Cap. III. §. IX. reos judicat deſiderii ſupplandandæ libertatis Germanicæ, qui adſeverare audent, jus exequendi ita Cæſari ſoli competere poſſe, ut Circulorum Directores Ducesque præterire aliisque executionem committere liceat.

(z) Ita Capitulum Hildeſienſe A. 1703. in literis ad GEORG. WILHELMVM DVCEM PR. LVNEBVRG. So ſtellen Ewr. Durchl. Höchſt erleuchtetem Judicio oder auch allenfals der ſämtlichen Crenß-General-Obriſten, das iſt ihrer Kanſerl. Majeſt. welche in dem Reichs-Abſchied de A. 1569. dahin wie billig von dem gantzen Reich erkant worden, allergnädigſten Deciſion anheim, ob Ewr. Durchl. als Crenß-Obriſter dasjenige vornehmen können. Staats R. T. 8. p. 721. Quem Titulum pluribus illuſtrat modo laudatus Dn. TREVER de Titulis officii Imperat. Auguſtiſſ. c. II. §. XXII. p. 86. vindicatque adverſus MVLTZIVM, qui eodem tanquam argumento pro aſſerenda arbitraria Imperatoris exequendi poteſtate uſus. Quam etiam b. HOFMANNVM in *ſupplem. Comm. Nitſchiani* ad *Capitulat. Joſephi* p. 672. evincere ſategiſſe, non parum miratus fui.

399
Digitized by Google

Hæcce ſubordinatio Cæſarem executione non prorſus privat, ſimulque tamen eandem Directoribus & Ducibus Circulorum Dominisque Territorialibus in tantum privative tribuit, ut a Cæſare nec aliis, nec ſibi ipſi committi poſſit, imo neque ipſa commiſſio ſit voluntaria, ſed ex Legibus & pactis publicis jus exequendi dependeat. Qualis ſubordinatio, quoad Juriſdictionem Cæſaris & Statuum quoque deprehenditur. Etenim nec Juriſdictionem concedendo Statibus Imperator ſe eadem penitus privavit, ſed ſubordinata itidem hæc conceſſio eſt, ejus tamen efficaciæ, ut quamdiu Status Imperii Juſtitiam modo legitimo adminiſtrant, Imperator illos in hoc exercitio nullo modo turbare aut concurrentem cum ipſis Juriſdictionem exercere poſſit; adeo ut nomine proprio ipſimet nec tantum ut mandatarii, quemadmodum ſibi perſuaſit LYNCKERVS, eandem exerceant. Imo dilucidius adhuc ſubordinationem hanc illuſtrat perpetua illa Commiſſio Cæſarea, ex qua Superioritas Territorialis, Civitatibus Imperialibus non obſtantibus, quæ JESVITAE DILLINGENSES, GAILIVS & KNICHENIVS obmovere, competit. Nec illa Commiſſio voluntaria eſt, Civitates Imperiales quoque

ſuo

ſuo nomine Superioritatem Territorialem exercent, quamvis dependenter a Cæſare. Et propterea nil impedit, quominus dicamus, etiam Directores Circulorum Dominosque Territoriales ex perpetua Commiſſione Cæſaris & Imperii jure ſuo exequendi ita gaudere, ut executio ipſorum ne quidem ſubſidiaria proprie dici queat, quemadmodum nonnullis viſum.

Quibus omnibus ſi addatis A. A. quod ipſa Nobilitas Immediata Rhenana ad noviora uſque attentata in Comitatu Hanovienſi non immediate ſed per Dominum Territorialem executionem peregerit (*aa*), ac denique bona Nobilium in Territoriis Statuum velut Comitum ſita etiam de iiſdem ſint, juxta doctrinam Schilteri, probatiſſimam omnique errorum fæce purgatam (*bb*); quin ſententiam meam tam obſer-

 van-

(*aa*) Quod abunde evictum in der Hanauiſchen Deduction, oder Nachricht, was es mit dem Reſcripts- und Commiſſions-Proceſs zwiſchen der Mittel-Rheiniſchen Ritterſchaft und Hanau-Müntzenberg vor eine Bewantnüs habe p. II. ſeqq. & in Adjunct. p. 48.

(*bb*) In peculiari Reſponſo Juridico, quod Tr. de Prærogat. Comit. adjectum, deciditque Quæſtionem ob die Adeliche Häuſer u. Güter, welche in denen Graf- und Herrſchaften unter andern Unterthanen Güter in Dörffer und Felder gemenget liegen, nur in aber nicht de Territorio, ja alſo gethan wären,

Digitized by Google

vantia in quibuſdam Territoriis, quam infirmitas objectionis palmariæ ſuffulciat, neminem ſpero fore, qui dubitaverit.

Sed quod tempus monet finio ſermonem, non quod dicendo materia exhauſta ſit, ſed quia propoſito fidem paratam ſuſpicor. Quod ergo hoc in actu unum tandem ſupereſt, quodque vel maxime a me exigit hujus diei ſolemnitas, ad Te me converto Ampliſſime & Excellentiſſime Chriſtiane Wolfi, Conſiliarie Regiminis graviſſime, Profeſſor Philoſophiæ & Mathematum Primarie longe celeberrime, non Collegii tantum communitate, ſed & Patrocinio, amicitia, uſu, conſuetudine, mihi conjunctiſſime. Tu enim Regio Clementiſſimo Reſcripto in ſequentem annum Academiæ Pro-Rector deſignatus, mihique ſuffectus ſucceſſor es. Fortunatum me & decoratum fateor cui contingit, honorem huncce & ejus inſignia in illum transferre, quem tanquam Patrem a teneris, ut ita loquar, maximo honoris cultu veneror, & ad cineres uſque venerandum habeo. Illud igitur rite ut exequar,

Acci-

wären, daß ſie von dem übrigen Territorio exemt ſeyen und gar ein beſonders Territorium machten? & quidem ea ratione, ut illos quibus alia mens, durum atque alienum a veritate videtur, quod non ſolum perſuaſum ſed & demonſtratum volumus, meliora docere inque viam reducere poſſit.

Accipe bina quæ Tibi trado ſceptra, vera Majeſtatis inſignia, quibus Tibi Juriſdictio in Cives Academicos ſed ita confertur, ut a quo Tibi collata ſit recorderis, atque adeo non pro Tuo arbitrio, ſed juxta Leges & Statuta eandem exerceas.

Eum in finem offero Librum Statutorum & Legum, ut Tibi conſtans collatæ in Te poteſtatis ſit norma.

Quo vero etiam noris, quinam ſint qui Tibi obſequium debeant, trado Album Academicum, cui nomina ſingulorum Studioſorum illata & in poſterum inferenda ſunt. Neque adeo impune ferre debes, ſi qui ſtudiorum cauſa apud nos commorantur, nomina ſua apud Te non confiterentur, ſicque Juriſdictioni Academicæ ſe ſubducere vellent.

Trado quoque Librum officialium Academicorum: quo & hos Tuæ ſubjectos cognoſcas Juriſdictioni.

Habes hic etiam ſigilla bina, quibus utendum, quoties decreta & ſcripta ſub Tuo & Senatus Academici nomine publicanda publicam conſequantur autoritatem.

More Majorum quoque quæcunque ſub

Pro-

Digitized by Google

Pro-Rectoratu notatu digna obveniunt, Annalibus Academicis inſerenda ſunt; quos igitur Tibi quoque porrogo.

Trado quoque claves, quibus reſeruntur & obſeruntur Curiæ Academicæ, Ærarium Academicum, Archivi ſcrinia ut & carceres, duræ illæ manſiones, quibus ingenia refractaria & monitis flecti neſcia ad obſequium reducenda. Denique etiam Tibi locum cedo.

Salve nunc Magnifice Domine Pro-Rector. Faxit D. T. O. M. ut Academiæ huic noſtræ, Tibique felix ſit ac fauſtus hic Magiſtratus tuus, quo Te Pro-Rectore incrementis novis indies auctum hoc Athenæum longe florentiſſimum ſit, inter omnia emineat.

D I X I.

Digitized by Google

ALLOQUIUM ILLUSTRIS WOLFII. AD AUDITORES.

Accidit, Auditores omnium Ordinum honoratiſſimi, præter omnem ſpem & expectationem, ut munus Pro-Rectoratus in me fuerit translatum. Quodſi per me ſtetiſſet, lubens omnino vidiſſem hoc in alios humeros devolutum onus: ſed jubet POTENTISSIMVS ac SERENISSIMVS REX, DN. Noſter LONGE CLEMENTISSVS, qui de rebus noſtris pro arbitio ſuo diſponere poteſt, ut meos eidem ſubmittam. Mihi obſequii gloria relicta eſt, & me obligatum præterea ſentio ad non prætermittendam occaſionem vobis omnibus inſerviendi. Dirigit Deus Regum ac Principum conſilia, ut, quæ per incogitantiam caſui tribui ſolent, providentiæ divinæ adſcribenda veniant (a), quam tremebun- da

F

(a) Ideo Veteris Eccleſiæ Chriſtianæ Doctores vocibus illis, CASUS, FORTUNA, apud Chriſtianos locum concedi reprobarunt,

da mente venerantur omnes probi. Summa Sapientia ac bonitate ab æterno definivit Deus ſingula, quæ in tempore fieri debent, ita ut ne minimum quidem accidat præter voluntatem ipſius (*b*). Quæ abjecta & contemptibilia nobis

barunt, ex parte ſcilicet Dei atque cauſarum ſecundarum, etſi ex parte hominum eidem locus ſit, quemadmodum ex ipſa fortunæ atque caſus notione demonſtravit Philoſophus (§. 542. *Part. I. Theol. Nat.* & §. 461. *Part. II. Theol. Nat.* Sic BASILIVS M. ἀπαιδεύτων, inquit, αὗται αἱ φωναὶ, *ineruditorum iſtæ voces ſunt*; in Pſalm. XXXII. I. Oper. p. 1731. Nec minus de voce *Fortuna* AUGUSTINUS: *pænitet me, quod ſcribens contra Academicos, toties uſus ſim vocabulo Fortunæ. Video enim homines in peſſima conſuetudine habere, ut, ubi dicere deberent, hoc Deus voluit, dicant hoc fortuna voluit.* L. I. Retractat. c. 1. Neque enim perpendunt fortunam, quam ex parte hominum admittere tenemur, ſubſtare providentiæ divinæ, nec quæ eidem tribuuntur non alio ſchemate in æterno Dei decreto contineri, quam res cæteras omnes, quippe in hac rerum ſerie tanquam effectus cum cauſis ſuis eodem prorſus modo connexa, quo cætera in eadem ad actum perducuntur.

(*b*) Εἱμαρμένην fatalem hanc jam PLATO in TIMÆO p. 537. vocavit neceſſitatem, ſed ἑκοῦσαν πειθεῖσαν, libentem & electione ſapientiſſima perſuaſam. Nolim igitur ex verbis PHILOSOPHI extorqueas Fatum Stoicum, Spinozianum & Turcicum, quale deſcripſit Busbequius Ep. IV. p. 297. 306. Illo ſenſu Fatum jam ſtatuit AVGVSTINVS L. V. Civit. Dei c. 8. *Qui omnium*, inquiens, *connexionem ſeriemque cauſarum, qua fit omne, quod fit, fati nomine appellant, non multum cum iis de verbi controverſia certandum atque laborandum eſt, quando quidem ipſum cauſarum ordinem & quandam connexionem ſummæ Dei tribuunt voluntati.* Et LEIBNITIVS Fatum Stoicum recentius ab abſurditate liberatum affirmavit, quip-

nobis videntur, non ſunt talia judicio Dei, qui longe aliter de iiſdem judicat, quam homines judicare ſolent ac pro limitato admodum facultatum uſu judicare poſſunt (c). Nos ſin-

gula

quippe ad ſapientem rerum nexum reductum: qui quantum differat a Fato Stoicorum, quale vulgo putatur, dudum docuit PHILOSOPHUS in Commentatione de Differentia Sapientiſſimi rerum nexus & fatalis neceſſitatis. Huc etiam ſpectat dictum BONAVENTURÆ in *Breviloquio* de Deo P. I. c. 8. *Cum Prædeſtinatione & præſcientia cognoſcit* (Deus) *omnia ſimul ſub omnibus conditionibus, quas res habent, vel habere valent. Cognoſcit contingentia infallibiliter, mutabilia immutabiliter, futura præſentialiter, temporalia æternaliter, dependentia independenter, & cum infallibiliter cognoſcat contingentia, ſimul ſtat libertas & vertibilitas voluntatis.* Quam ex vero hæc dicta ſint, & quam pulchre inter ſe cohæreant ſingula, a priori demonſtravit PHILOSOPHUS in Parte I. Theolog. Nat. ut non tantummodo vera eſſe intelligantur, verum etiam comprehendatur, quomodo ſimul conſiſtant.

(c) Ipſe Servator aſſerit ſingulorum paſſerum curam gerere Deum Math. VI. 26. ut nullus in terram, niſi deſtinato Dei conſilio, decidat Math. X. 29. Sed & agreſtium liliorum veſtitum quendam atque ornatum curæ eſſe ſummo Numini, idem nos docuit Math. VI. 29. 30. Ac proin mirum, quod hæc minima curæ Dei ſubtrahere voluerit Hieronymus in *Habac.* c. I. refutatus propterea ab AUGUSTINO *in Pſ.* I. 48. Cujus refutationis verba finalia admodum emphatica: *Expaveſcis in minimis! Lauda magnum!* Illuſtre prorſus exemplum nobis præbent Inſecta, quibus etſi abjectiſſima videantur, per eſſentiam tamen & naturam eorundem naturalis cujuſdam providentiæ divinæ ſpecie conſulitur. Tantam enim in ipſorum factis deprehendi ſolertiam, tantum acumen, tantam circumſpectionem, tantum ingenium, ut artifices ingenioſiſſimos & maxime induſtrios longo intervallo poſt ſe relinquant, non ſine ſumma admi-

ratio-

403 Google

gula non ſpectamus, niſi qualia in ſe ſunt & ad commoda noſtra eorumque, quibus bene cupimus, emolumenta referimus. Deus vero eadem videt, quatenus in tota rerum ſerie continentur, eademque refert ad omnia, quæ totum hoc univerſum conſtituunt (*d*). Quia

ergo

ratione legimus in Hiſtoria Inſectorum, cujus aliquot volumina ex propriis Obſervationibus incredibili labore & maximo acumine inſtitutis collecta in lucem publicam protulit Vir in Hiſtoria Naturali ſine pari Dn. de Reaumur, Academiæ Regiæ ſcientiarum, quæ Pariſiis floret, ſingulare ornamentum. Hæc ſane illa Providentia divina eſt, quæ naturalis dicitur ipſi quoque Illuſtri Dn. BÜLFFINGERO P. II. *Diluc.* §. CCCCXXVII. quamve determinare neſcivit JUSTINIANUS §. II. Inſt. de J. N. & G. de providentia, qua jura naturalia conſtituta locutus uſusque, ut bene notavit illuſtr. Dn. OTTO in Comment. ad d. c. incertitudinis nota *quadam.* Pertinet huc quoque HIERONYMI RORARII Tractatus, quod Animalia Bruta ſæpe ratione melius utantur homine, Helmſtadii recuſus cura Summe Reverendi atque Doctiſſimi Dn. RIBOVII. Exempla ibi collecta [illegible] loquuntur providentiam, quæ [illegible] rebus conditis proſpicit per [illegible] eſſentiam atque naturam. Cæterum ex *Diogene Laertio* L. X. [illegible] LXXVII. notum, jam EPICURUM Dei beatitudini [illegible] abjectarum minus convenientem reputaſſe, etſi JACOBUS RONDELLUS in Libro de vita & moribus Epicuri Amſtelod. A. MDCXCIII. edito id negaverit. PETRO GASSENDO certe magno alias Epicuri admiratori eo de errore adeo nullum dubium fuit, ut ipſi refellendo operam navaverit in notis ad L. X. *Diogen. Laert.* T. V. Oper. p. 148. & *Phyſica* ſ. [illegible] L. IV. c. VI. p. 310.

(*d*) In eo puto conſiſtere τὸ βάθος πλούτου ϗ σοφίας, ϗ γνώσεως profunditatem divitiarum & ſapientiæ & cognitionis, de qua PAULUS Rom. XI. 33. Quæ profunditas eo major, quo vertius Deo quoque ſingularum rerum in to-

ta

ergo, mirum, quod Dei atque hominum admodum diſcrepantia ſint judicia, resque haud raro longe aliter cadant, quam volunt vota hominum magno conatu nihil agentium, quo æternum Dei decretum irritum reddi nequit. Felix adeo, qui providentiæ divinæ ſe ſuaque committit, nec ab humanis conſiliis ſuisque molitionibus eventum expectat: quæ ubi incaſſum cadent, non eſt, quod angatur, animus in providentia divina totus acquieſcens. Infelix autem qui ab eadem animum avertens de iis, quæ ſibi proponit, ſe etiam diſponere poſſe arbitratur, nec recordatur illius pervulgati, quod omnis ævi experientia confirmatum: Homo proponit, Deus diſponit. Quodſi enim ſpe, quæ longe certiſſima videbatur, excidit, animus perturbatur & inquietus redditur, nec ſine injuria in Numen providentiſſimum committuntur, quæ moleſtiam non minuunt, ſed augent. Agnoſcite ergo, *Auditores*, me nihil tale cogitantem, vobis nil quicquam tale cogitantibus providentia divina Pro-Rectorem eſſe datum, cui ut vos mecum per totum hunc annum & res veſtras committatis in votis unice habeo.

in ſe notiones eſſe adæquatas. Quo ſpectare illud Pauli ad Ebr. IV. 13. affirmantis Deo omnia eſſe γυμνα καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτου, evicit Philosophus in Theol. Nat. P. I. §. 208.

404

Digitized by Google

beo. Quodſi vobis fidere decreveritis, inani ac fallaci ſpe lactabitis animum, nec votis reſpondebit eventus. Abſit vero, ut vel ego exiſtimem, vel vos exiſtimetis, ea propter nos eſſe debere otioſos parumque ſollicitos, qui tandem cadant res noſtræ. Ita enim caſui cœco, non providentiæ divinæ permitterentur omnia, quæ obligationem noſtram non ſolvit, ſed firmat. Ego igitur omnem movebo lapidem, ut muneris mihi concrediti partes omnes adimpleam: Vos, Patres Conſcripti, pro ea, quæ Vobis eſt, prudentia longo rerum uſu comprobata, quoties conſiliis veſtris opus habuero, mihi aſſiſtetis: Vos autem, Cives optimi, eorum memores, quæ ſtipulata manu promiſiſtis, cum in illorum numerum recepti fuiſtis, ea facietis, quæ vos decent atque ornant. Ego paterno amore eoque tenerrimo vos ſingulos complector; Si viciſſim a vobis filialem requiſivero obſervantiam, non iniquum exiſtimaveritis, quod exigo. Ego ſaluti veſtræ invigilabo: Vos cavebitis, ne quid eidem adverſum admittatis. Ego viam, qua eundum, monſtraturus vobis præibo: Vos præeuntem ſequemini. Quodſi Deus me ſalvum atque incolumem conſervaverit, donec redierit dies feſtus, quem hodie celebramus, laudi veſtræ dabo, quæ recte feceri-

Digitized by Google

tis: veſtrum igitur eſt dare operam, ut inter vos ſit perpetua laudis hujus æmulatio, ne ampla dicendi copia deſit. Atat! oculos atque animos veſtros in me defixos video. Strenam ineunte anno a me recipiendi deſiderio flagratis. Ecce vobis do non munus aureum vel argenteum, ſed quod auro carius exiſtimari debet ſalutare præceptum, quod ſit actionum veſtrarum conſtans ac perpetua norma. Si ſaluti veſtræ conſulere volueritis, nihil vobis agendum absque ratione Studioſo ſufficiente. Sufficiens autem ratio eſt, quæ a fine deſumitur, cujus gratia ad hanc Muſarum ſedem acceſſiſtis, nimirum ut & intellectum, & voluntatem indefeſſo ſtudio perficiatis, quo omnibus animi dotibus ornati in patriam redeatis, quas requirit ampliſſimus facultatum uſus in muneribus veſtræ dexteritati olim concredendis recte obeundis. Toti falluntur, qui ſibi perſuadent, ſe officio ſuo abunde ſatisfeciſſe, ubi doctrinas, quas olim ſibi profuturas, exiſtimant, memoriæ mandant, parum ſolliciti, num virtutibus ac bonis moribus exornati ex Academia diſcedant, quaſi virtutes ac mores, quibus inſtructi ad munera publica obeunda accedere debent, ſua quaſi ſponte advolent, ut nulla illorum cura animum tangere debeat. Præjudicium hoc non ſine præſentiſſimo

damno

damno Eccleſiæ atque Reip. tam altas in plerorumque animo egit radices, ut Herculeo labore opus ſit ad idem eradicandum. Quodſi tamen ſapitis, o mei, non aliter vobis conſuletis, quam ſi cum literarum ac doctrinarum ſtudio virtutis ac morum ſtudium conjungatis, ut, qui aliquando vi intellectus vincetis alios, eoſdem quoque virtutibus ac moribus antecellatis. Quodſi hoc munus, quod ſtrenæ loco vobis do, in pretio habueritis, & vos veſtri compotes reddemini voti, & ego mei compos reddar. Vos felices eritis per omnem vitam & in patriam reduces perenne gaudium creabitis Parentibus, agnatis, amicis ac bonis omnibus: mihi ampliſſima laudum veſtrarum materia ſuppetet. Sed quid vobis offerre debeo, Patres Conſcripti, Collegæ conjunctiſſimi, qui primi nominandi eratis loco. Vos voto contentos fore prævideo, cujus & ipſe particeps eſſe volo. Largiatur nobis Deus concordiam, qua res parvæ creſcunt, ſine qua maximæ dilabuntur, & ſincerum eorum, quæ Univerſitatis ſunt, amorem.

DIXI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google